

gis requireret, neuter tamen quicquam certi compræhēdet, aut tradet, nisi diuinitus illi reuelatum fuerit. Scimus igitur & has nouas hypotheses, inter ueteres, nihilo uerisimiliores innotescere, præsertim cum admirabiles simul, & faciles sint, ingen- temq; thesaurum, doctissimarum obseruationum secum aduehant. Neq; quisquam, quod ad hypotheses attinet, quicquã certi ab Astronomia expectet, cum ipsa nihil tale præstare queat, ne si in alium usum conficta pro ueris arripiat, stultior ab hac disciplina discedat, quàm accesserit. Vale.

NICOLAUS SCHONBERGIUS CAR-  
dinalis Capuanus, Nicolao Copernico, S.



Vm mihi de uirtute tua, cōstanti omniū sermone ante annos aliquot allatū esset, cœpi tum maiorem in modū te animo cōplecti, atq; gratulari etiã nostris hominibus, apud q̄s tãta gloria floreres. Intellexerã enim te nō modo ueterū Mathematicorū inuēta egregie callere, sed etiã nouã Mūdi rationē cōstituisse. Qua doceas terrã moueri: Solem inū mūdi, adeoq; mediū locū obtinere: Cœlū octauū immotū, atq; fixū p̄petuo manere: Lunã se unã cū inclusis suæ sphæræ elementis, inter Martis & Veneris cœlū sitam, anni- uersario cursu circū Solem cōuertere. Atq; de hac tota Astro- nomix ratione cōmentarios à te cōfectos esse, ac erraticarum stellarū motus calculis subductos in tabulas te cōtulisse, maxi- ma omniū cum admiratione. Quamobrem uir doctissime, ni- si tibi molestus sum, te etiã atq; etiã oro uehementer, ut hoc tuū inuentū studiosis cōmunices, & tuas de mundi sphæra lu- cubrationes unã cū Tabulis, & si quid habes præterea, q̄d ad eandem rem pertineat, primo quoq; tempore ad me mittas. Dedi autem negotiū Theodorico à Reden, ut istic meis sum- ptibus omnia describantur, atq; ad me transferantur. Quod si mihi morem in hac re gesseris, intelliges te cum homine no- minis tui studioso, & tantæ uirtuti satisfacere cupiente rem ha- buisse. Vale. Romę, Calend. Nouembris, anno M. D. XXXVI,